

**XXI.** Tertio potest hoc ipsum probari ex efficacia et A  
 huius primi entis infiniti, nam si primum est, & in-  
 finitum, erit causa ceterorum, iuxta illud vulgare  
 axioma, quod simpliciter creditur ex Arist. 2. Met.  
 tex. 4. [Maximum in vnoquoque; genere est causa  
 omnium quæ sunt illius generis,] quod maxime  
 intelligitur de causa effectiua, quæ in illa re per-  
 fectissima est iustificans virtus ad aliorum effectio-  
 nem. In hac verò probatione in primis non recte  
 adducitur textus Aristotelis, vnde sumptum esse  
 illud demonstratur. Nam, vt in indice circa illum  
 textum notauimus, Aristoteles non dicit omne  
 quod est maxime tale esse causam ceterorum,  
 sed è conuerso, id quod in aliquo ordine est cau-  
 sa ceterorum, esse maxime tale. Ex hoc autè prin-  
 cipio non potest inferri aliud, quia propositio vni-  
 uersalis affirmatiua non conuertitur simpliciter:  
 quauis ergo quod est causa ceteris, vt talia sunt,  
 sit maxime tale, non sequitur, omne quod est ma-  
 xime tale, esse causam ceterorum. Deinde, prin-  
 cipium illud in se sumptum, non est ita euidentis,  
 vt ex illo possit demonstratio confici. Imò verum  
 non esse docuerunt Dur. 2. d. 1. q. 3. & Aureol.  
 apud Capr. 1. d. 3. q. 1. Qua homo licet sit om-  
 nium animalium perfectissimus, non ob id est  
 causa ceterorum, neq; albedo reliquorum coloru-  
 rum sit perfectissimus color. vnde etiam Caiet. 1.  
 p. q. 2. art. 3. sentit, axioma illud de propria causa,  
 & præteritum efficiente, intellectum, non esse ne-  
 cessarium neq; verum. Alii vero illud exponunt  
 de causa late dicta, vt includit extrinsecum exem-  
 plar, quod potius mensura, quam causa dici potest,  
 quò Arist. lib. 1. c. Metaph. dixit, primum in aliquo  
 genere esse mensuram ceterorum. Iuxta hanc ve-  
 rò interpretationem solum poterit ex illo prin-  
 cipio inferri, cum inter entia, quedam sunt magis,  
 alia minus perfecta, dari aliquod perfectissimu-  
 m, quod sit mensura aliorum, eò quod per accessum, vel re-  
 cessum ab illo magis, vel minus perfecta censean-  
 tur. Inde tñ non poterit concludi illud solum ens esse  
 improductum, esseq; causam efficiētē oīum alioru-  
 m.

Aristot.

Durand. Aureol.

XXII.

*Ex Aristotelis sententia confirmatur eadem veritas.*

**Q**uocirca Aristoteles citato loco potius su-  
 mit, dari aliquod ens, quod sit causa cetero-  
 rum, vt inde concludatur illud esse verissimu-  
 m, ac perfectissimum, quod obiter notandum est vt cō-  
 stet Aristotelem veritatem hanc fuisse assecutum.  
 Nam aperte dicit illud primum ens non solum  
 esse causam corruptibilem, & contingentiū, sed  
 et eorum quæ sunt, sub quibus quibus, & intelli-  
 gentias comprehendere videtur. Nec potest ille lo-  
 cus exponi de sola calitate finali aut exemplari, vt  
 landenus ibi q. 5. & Greg. in 2. d. 1. q. 1. contē-  
 dunt, tum quia aperte ponit Aristoteles exemplū  
 causæ efficiētē, tum et quia in presenti materia  
 non separatur calitas finalis ab effectiua, vt supra  
 tactum est, & statim amplius declarabitur. Neq;  
 obstat quod Aristoteles vt loqui de effectibus qui  
 vniocè participant rationem causæ, hoc. n. est quod  
 ait, [Cuius causa aliquid idem, & nomine, & rō-  
 ne conuenit.] vbi alia translatio habet, [secundū  
 quod alius vniocato inest.] Hoc (in qua) nō ob-  
 stat, sed potius ex hoc loco liquet, analogiæ entis  
 ad primum ens, &c. non excludere aliquam vni-

tatem rationis seu conceptus simul cum vnitate  
 nominis, & ideo à Græcis interdum comprehē-  
 di sub synonymis, vt Fonseca et ibi notat. Soli  
 ergo addit Arist. pauliculam, vt excludat ef-  
 fectus æquiuocos, qui nullo modo conueniunt cum  
 causa in noīe, & ratione, nā in illis non est neces-  
 se vt cā sit maxime talis formaliter, sed emīner.  
 Illud solum posset scrupulum, vel dubitationē  
 ingerere, quod Aristoteles in plurali concludit prin-  
 cipia eorum quæ semper sunt, verissima esse, vnde  
 videtur sentire dari plura principia improdu-  
 cta rerum sempiternarum, vt exponunt, & at-  
 tribuunt Aristoteli Iandenus, & Greg. supr. Qui  
 per ea quæ sp. sunt, motus celorum intelligunt:  
 per principia aut eorum oēs substantias separatas  
 quas putant secundum Aristotelem esse impro-  
 ductas. Sed ex hoc loco id certe sumi non potest,  
 Aristoteles, & prius in singulari locutus fuerat, di-  
 cens, [illud esse verissimum quod est posteriori-  
 bus causis vt sint vera, & vnum quodque esse ma-  
 xime tale, quod est causa ceteris, &c.] quod dicitū  
 esse propter primam causam Commentarij nota-  
 uit, & statim absolute, & indēditē ait, [ca quæ  
 semper sunt habere originē à primo principio,]  
 illa autē locutio in doctrina tradenda æquualiter  
 vniuersali. Et ideo sine causa ab aliquibus limita-  
 ta ad cælestia corpora, vt Arist. sententia, cælos,  
 ceteri æteri sint, habere causam non solum sui mo-  
 tus, sed etiam sui esse, intelligentias autē vocari plu-  
 ra principia improducta. Sed hoc eisdem ratio-  
 nibus impugnat. Et præterea, quia apud Ari-  
 stotelem eadem est quoad hoc ratio cælestis cor-  
 poris, & intelligentiæ motus illud, quia habet  
 inter se maximam proportionem in æternitate,  
 vel necessitate essendi. Item quia cælum est om-  
 nino ingenerabile secundum Aristotelem. Alii  
 ergo putant Aristotelem locutu-  
 m esse in plurali pp  
 materiā primā, quæ existimant sicut Aristotelem esse  
 improductam, & suo genere esse principium alia-  
 rum rerum. Sed hoc non recte est, alijs debuisset  
 Aristoteles et concludere materiam primā esse  
 maxime ens, & illam esse principium omnium  
 quæ sunt, vnde quod est fallum, & contra eius  
 doctrinam. Potuit ergo Aristoteles illud plurale  
 pro singulari, vel pp eminentiam primæ causæ,  
 vel quia in prima cā plures primæ rationes carū  
 conueniunt. Est. n. prima causa finalis, efficiens,  
 & exemplaris. Has ergo causas noīe principiorū  
 intelligit, quæ tñ in te non sunt nisi vna prima cā.  
 Atq; hæc obiter circa illam ipsam Aristotelis no-  
 tata sunt. Nunc vero in re ipsa conabimur probā-  
 re in primo ente recte sequi ex eo quod est maxime  
 ens, esse cām ceterorum, esto id vniuersè non se-  
 quatur, hoc igitur in seq. discursu præstabitur.

*Unde sequatur, id quod est maxime ens, esse causam ceterorum.*

**S**ic igitur alia ratio, nam primum ens improdu-  
 ctum est perfectione summum, & infinitum, est igitur ad agendum potentissimum: ergo po-  
 test producere omnia quæ participant seu habent  
 esse: ergo product omnia quæ sunt, neq; aliquid  
 præter illud est improductum. Primum autē  
 sumitur ex discursibus præcedentibus, quibus ostē-  
 sum est diuidentium esse ad aliquod ens improdu-  
 ctū ceteris perfectius. Quod i. verò illud sit, nū-  
 Tom. 2. C 4 par-

XXIIII

Aristotelis locus expli-  
caur.

XXXX

XXX

XXIII